# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

**Langton, Stephen**

**Frankreich (?), [13. Jh.]**

Erster bis dritter Johannesbrief

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

omnia dissoluenda sunt. quales vos opor-
tet esse in sanctis conversationibus et pietatibus.
et properantes in adventum diei domini per quem celi
ardentes solventur et elementa ignis ardore
tabescent. Novos vero celos et novam terram secundum pro-
missa ipsius expectamus. in quibus iusticia habi-
tat. Propter quod karissimi expectantes satagite in-
maculati et inviolati ei inveniri in pace. et
domini nostri Ihesu Christi longanimitatem salutem ar-
bitremini. sicut karissimus frater noster paulus secundum datam
sibi sapientiam scripsit vobis. sicut et in omnibus epistolis
loquens in eis de his. in quibus sunt quedam
difficilia intellectu que indocti et instabi-
les depravant. sicut et ceteras scripturas ad su-
am ipsorum dampnationem. Vos igitur fratres prescien-
tes hoc custodite ne insipientium errore tra-
ducti excidatis a propria firmitate. Crescite
vero in gratia et cognitione domini nostri Ihesu Christi et salva-
toris. Ipsi gloria et nunc. et in diem eternitatis. Incipit epistola Iohannis prima.

I

Quod fuit ab initio
quod audivimus quod vidimus
oculis nostris. quod perspeximus
et manus nostre contractaverunt
de verbo vite. et vita manifes-
tata est et vidimus et testamur. et an-
nunciamus vobis. ut et vos societatem
habeatis nobiscum. et societas nostra sit cum
patre. et filio. et spiritu sancto. Et hec est annuncia-
tio quam audivimus ab eo. et annunciamus
vobis. quoniam deus lux est. et tenebre nulle sunt
in eo. Si dixerimus quoniam societatem habemus
cum eo. et in tenebris ambulamus. men-
timur. et veritatem non facimus. Si autem in luce
ambulamus sicut et ipse in luce est. societa-
tem habemus ad invicem. et sanguis Ihesu
Christi filii eius emundat nos ab omni peccato. Si dix-
erimus quoniam peccatum non habemus. ipsi nos seduci-
mus. et veritas in nobis non est. Si confiteamur
peccata nostra fidelis et iustus est. ut remittat
nobis peccata nostra. et emundet nos ab omni
iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccavimus.
mendacem facimus eum. et verbum eius non est in nobis.
Filioli mei hec scribo vobis. ut non peccetis.
Sed si quis peccaverit. advocatum habemus apud
patrem Ihesum Christum iustum. et ipse est propiciatio
pro peccatis nostris. non pro nostris autem tantum. sed pro tocius mun-
di. Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum si man-
data eius observemus. Qui dicit se nosse eum et man-
data eius non custodit. mendax est. et in hoc veritas
non est. Qui autem servat verbum eius. vere in hoc ca-
ritas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus.
Qui dicit se in illo manere. debet sicut ille ambu-
lavit. et ipse ambulare. Karissimi non manda-
tum novum scribo vobis. sed mandatum vetus
quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est
verbum quod audistis. Iterum mandatum no-
vum scribo vobis quod verum est. et in ipso et in vobis.
quia tenebre iam transierunt. et verum lumen iam lucet.
Qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit in
tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem
suum in lumine manet. et scandalum in eo non
est. Qui odit fratrem suum in tenebris est et in te-
nebris ambulat. et nescit quo eat. quoniam tene-
bre obcecaverunt oculos eius.

II

Scribo vobis filioli quoniam remittuntur vobis
peccata propter nomen eius. Scribo vobis patres.
quia cognovistis eum qui ab initio est. Scribo vobis
adolescentes. quoniam vicistis malignum. Scribo
vobis infantes. quia cognovistis patrem. Scribo
vobis iuvenes. quoniam fortes estis. et verbum dei ma-
net in vobis. et vicistis malignum. Nolite dili-
gere mundum. neque ea que in mundo sunt. Quia
si quis diligit mundum. non est caritas patris in eo. quoniam
omne quod est in mundo concupiscentia carnis est.
et concupiscentia oculorum est. et superbia vite que non est
ex patre. sed ex mundo est. Et mundus transi-
bit et concupiscentia eius. Qui autem facit volun-
tatem dei manet in eternum. Filioli novissima
hora est. et sicut audistis quia antichristus venit. nunc an-
tichristi multi facti sunt. Unde scimus quia novissima
hora est. Ex nobis prodierunt. sed ex nobis non erant.
nam si fuissent ex nobis. permansissent utique no-
biscum. Sed ut manifesti sint. quoniam non sunt omnes
ex nobis. Sed vos unctionem habetis a sancto. et nostis
omnia. Non scripsi vobis quasi ignorantibus
veritatem. sed quasi scientibus eam. Et quoniam omne
mendacium ex veritate non est. Quis est mendax nisi
is qui negat quoniam Ihesus non est Christus. Hic est antichristus qui ne-
gat patrem et filium. Omnis qui negat filium nec
patrem habet. Qui confitetur filium et patrem habet. Vos quod
audistis ab initio in vobis permaneat. Si in
vobis permanserit quod audistis ab initio. et vos in
filio et patre manebitis. Et hec est repromissio
quam ipse pollicitus est nobis vitam eternam.
Hec scripsi vobis de his qui seducunt vos.
Et vos unctionem quam accepistis ab eo maneat in
vobis. et non necesse habetis ut aliquis doceat
vos. sed sicut unctio eius docet vos de omnibus. et ve-
rum est et non est mendacium. et sicut docuit vos manete
in eo. Et nunc filioli mei manete in eo. ut cum
apparuerit habeamus fiduciam et non confundamur
ab eo in adventu eius. Si scitis quoniam iustus est.
scitote quoniam et omnis qui facit iusticiam ex
ipso natus est.

III

Videte qualem caritatem dedit nobis pater, ut filii dei nominemur et simus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Karissimi, nunc filii dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se sicut et ille sanctus est. Omnis qui facit iniquitatem, et peccatum facit, et peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret, et peccatum non est in eo. Omnis qui in eo manet non peccat, et omnis qui peccat non videt eum nec cognovit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam iustus est, sicut et ille iustus est. Qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, ut solvat opera diaboli. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii dei et filii diaboli. Omnis qui non est iustus non est ex deo, et qui non diligit fratrem suum. Quoniam haec est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. Non sicut Cayn qui ex maligno erat et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem bona. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem. In hoc cognovimus caritatem dei, quoniam ipse pro nobis animam suam posuit. Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam mundi et viderit fratrem suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, et in conspectu eius suademus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est deus corde nostro et novit omnia. Karissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, et quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus et ea quae sunt placita coram eo facimus. Et hoc est mandatum dei, ut credamus in nomine filii eius Ihesu Christi, et diligamus alterutrum sicut dedit mandatum nobis. Et qui servat mandata eius in illo manet, et ipse in eo. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis.

·IIII·

Karissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur Ihesum Christum in carne venisse ex deo est. Et omnis spiritus qui solvit Ihesum ex deo non est. Et hic est antichristus de quo audistis quoniam venit, et nunc iam in mundo est. Vos ex deo estis, filioli, et vicistis eum, quia maior est qui in vobis est quam qui in mundo. Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, et mundus audit eos. Nos ex deo sumus, et qui novit deum audit nos. In hoc cognovimus spiritum veritatis et spiritum erroris. Karissimi, diligamus invicem, quia caritas ex deo est, et omnis qui diligit ex deo natus est et cognoscit deum. Qui non diligit non novit deum, quoniam deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit deus in hunc mundum, ut vivamus per eum. In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Karissimi, si deus dilexit nos, et nos debemus invicem diligere. Deum nemo vidit umquam. Si diligamus invicem, deus in nobis manet, et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus et ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur quoniam pater misit filium suum salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Ihesus est filius dei, deus in eo manet et ipse in deo. Et nos cognovimus et credidimus caritati quam habet deus in nobis. Deus caritas est, et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. In hoc perfecta est caritas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicii, quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem, quoniam timor penam habet. Qui autem timet non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Siquis dixerit quoniam diligo deum, et fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo, ut qui diligit deum diligat et fratrem suum.

·V·

Omnis qui credit quoniam Ihesus est Christus ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit diligit et eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei, cum deum diligamus et mandata eius faciamus. Haec est caritas dei, ut mandata eius custodiamus; et mandata eius gravia non sunt. Quoniam omne quod natum est ex deo vincit mundum, et haec est victoria quae vincit mundum, fides nostra. Quis est enim qui vincit mundum nisi qui credit quoniam Ihesus est filius dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem, Ihesus Christus; non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. Quia tres sunt qui testimonium dant in caelo: pater, verbum et spiritus sanctus, et hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua et sanguis. Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est. Quoniam hoc testimonium dei quod maius

Marginalia: peccato; ipsi; dilectio dei; neo vidit deum; caritas est deus; fratrem diligere; fides est victoria in...; omni spiritui non est credendum

est q̃ testificatus est de filio suo · Qui credit
in filium dī · hʒ testimonium dī in se · Qui nō
credit in filiū · mendacē facit eū · qm̄ ñ credit
in testimonio q̃ testificat᷑ ē de filio suo · 7 hͻ
ē testimoniū qm̄ ds̄ uitā etnā dedit nobis ·
Et h̄ uita in filio suo ē · Qui hʒ filiū dī · hʒ uitā ·
Hec scribo uobis ut sciatis qm̄ habetis uitam
etnam · qui creditis in nōīe filij dī · 7 hēc ē fi du
cia quā habemus ad dm̄ · q̄ quaunq̄ petierimus
s̄ uoluntatē eius audiet nos · Et scim᷒ q̄ au
diet nos quicqd̄ petierim᷒ · Scim᷒ qm̄ habem᷒
petitiōnes quas postulam᷒ ab eo · Qui scit frm̄
suū peccare pccm̄ ñ ad mortē petat 7 dabitur
ei uita peccanti ñ ad mortē · Est pccm̄ ad mor
tē ñ p illo dico ut orēt quis · Omnis iniquitas
pccm̄ ē · 7 ē pccm̄ ad mortē · Scim᷒ q̄ omnis q̃
natus ē ex dō ñ peccat · S; generatō dī ɔser
uat illū · Scim᷒ qm̄ ex dō sum᷒ · 7 mūdus tot᷒
in maligno positus ē · Et scim᷒ qm̄ filius dei ue
nit 7 dedit nobis sensum · ut cognoscam᷒ dm̄
uerū · 7 sim᷒ in filio eius uero · hic ē uerus ds̄ ·
7 uita etna · Filioli custodite uos a simulacrꝭ ·

Incipit epl̄a Johannis secunda

SENIOR electe domine 7 natis eius quos ego diligo in ueritate · 7 nō ego solus · s; oms̄ qui cognouerunt ueritatē · ppter
ueritatē que pmanet in nobis · 7 nobiscū
erit in etnū · Sit nobiscū grā · mīa 7 pax a dō
patre · 7 a ihū x̄ filio patris · in ueritate 7 carita
te · Gauisus sum ualde qm̄ inueni de filiis tuis
ambulantes in ueritate sic̄ mādatū accepim᷒
a patre · Et nūc rogo te dn̄a · ñ tamq̄ mādatum
nouū scribens tibi · s; q̃ habuim᷒ ab initiō · ut
diligam᷒ alterutrū · Et hec ē caritas ut ambu
lemus s̄ mandata eius · hoc ē mandatū est
ut quadmod̄ audistis ab initiō in eo ambule
tis · qm̄ multi seductores exierūt in mundum ·
Qui ñ ɔfitēt᷑ ihm̄ xpm̄ uenisse in carne · hic
ē seductor 7 antixpc̄ · Videte uos metipōs ·
ne pdatis que opati estis · s; ut mercedem
plenā accipiatis · Omnis qui recedit 7 ñ pma
net in doctrina x̄ · dm̄ ñ habet · Qui pmanet
in doctrina · hic 7 filiū 7 patrē hʒ · Siquis ue
nit ad uos 7 hanc doctrinam ñ hʒ · nolite eū
recipe in domū · nec aue ei dixitis · Qui n. dix
erit illi aue · cōmunicat opib᷒ ill᷒ malignis ·
plura hñs uobis scribe nolui p cartam 7 atra
mentum · Spero n. me futurū apud uos · 7 os ad
os · loqui · ut gaudiū urm̄ sit plenū · Salu
tant te filij sororis tue electe · Grā tecum ·

Epl̄a Johannis tercia ·

SENIOR Gaio karīo quē ego
diligo in caritate · Kme de omib;
orōnē facio pspe · te ingredi 7 ua
lere · sic̄ pspe agit anima tua · Ga
uisus sum ualde uenientib᷒ frīb᷒
7 testimoniū phibentib᷒ ueritati tue · sic̄ tu in ui
tate ambulas · Maiorē hoꝝ ñ habeo gratiam
quam ut audiam filios meos in ueritate ambu
lare · Kme · fideliē facis quicqd̄ opāris in frēs ·
7 hoc in pegrinos · qui testimoniū reddiderūt
caritati tue in ɔspcū eccle · quos bn̄ faciens
deducis digne deo · P nomine eius pfecti sūt ·
nichil accipientes a gentib᷒ · Nos ergo debe
mus suscipe hm̄i · ut cooperatores sim᷒ ueritatis ·
Scripsissem forsitan eccle · s; his qui amat
pmatū gerē in eis diotrepes · ñ recipit nos ·
Pp̄ hoc cōmoneās eius opa que fac̄ · ubis ma
lignis garriens in nos · 7 quasi ista ei ñ suffici
ant · neq; ipē suscipit frēs · 7 eos qui suscipi
unt phibet · 7 de eccl̄a eicit · Kme · noli imi
tari malū · s; q̃ bonū ē · Qui bene facit ex dō
est · Qui aū malefac̄ ñ uidet dm̄ · Demetrio
testimoniū redditur ab omnib᷒ · 7 ab ipā ue
ritate · 7 nos testimoniū phibem᷒ · 7 nosti q̄ tes
timoniū nrm̄ uerū ē · Multa habui tibi
scribe · s; nolui p atramētū scribe tibi · Spero
aū ptin᷒ te uide · 7 os ad os loquemur · Pax
tibi · Salutant te amici · Saluta tu amicos
nominatim ·

Incip̄ epl̄a Jude ·

IVDAS ihū xpi suus · frāt iacobi · his qui
in dn̄o patre dilectis · 7 in x̄ ihū ɔseruatis ·
7 uocatis · Misedia uobis 7 pax adimplea
tur · Kmi omnē sollicitudinē scribendi
faciens uobis de comuni ura salute ne
cesse habui uobis scribe · deprecans sup cer
tari semel tradite scīs fidi · Subintroie
runt n. quidā homines qui olim pscrip
ti sunt in hoc iudiciū impij dī nrī gra
tiam transferentes in luxuriā · 7 solū
dnatorē negantes · Commonē aū uos uo
lo scientes omia · qm̄ ihc̄ pplm̄ de terra
egypti saluans · scdo eos qui ñ crediderūt
pdidit · angelos qui ñ crediderūt · 7 ñ sua
uerūt pacium ul principatū suū · s; reliq̄
rūt suum domiciliū · magni dī iudicii
etnis sub caligine suauit · Sic̄ sodoma
7 gomorra 7 finitime ciuitates simili mo
ex fornicate · 7 abeuntes p carnē altam
facte sūt exemplū ignis etni penā sus
tinentes · Similie 7 hi · qui carnē macu
lant · dnatōne aū spnūt · maiestatē aū
blasphemant · Cum michahel archangls

Disputaret michahel cū diabolo

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg